

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

T H E M A L I V.

Psalms. 56. vers. penult. & vlt.

In me Deus sunt votatua , ego reddam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte : & pedes meos de lapsu , ut ambulem coram domino in lumine viuentium.

D I S P O S I T I O.

Inscriptio huius Psalmi testatur, quando David composuerit hunc Psalmum: videlicet cum à Saule eiectus in exilium, venisset in manus Philistorum, 1. Sam. 21. vbi mirabiliter à Deo fuit conseruatus, cum morti videretur proximus. Diuina itaq; beneficia, quæ tum ipsi contigerunt, hoc loco prædicat, & Deo pollicetur gratitudinem. Quia igitur fortasse etiam nobis aliquando mortis pericula ob oculos versatura sunt, hæc Davidis verba diligenterius expendere opera pretium erit: si forte doctrinam aut consolationem in his inuenire possumus. Et primum qui, dem de illis beneficiis, quæ David hic commendat; Deinde etiam de gratitudine Davidis, dicemus.

I. Pars.

1. Eripuisti animam meam à morte. Morti sæpe erat vicinus David, ut testatur historia lib. 1. Sam. à c. 18. ad finem. Sæpe etiam ipsum in manus hostium incidisse inde constat: præsertim vero tum, cum à Philistinis proditus fuisset Regi Achis, quod sic sit qui electus fuerit in Regem Israelis, & qui Philistæum olim occiderit, 1. Sam. 21. v. 11. Et nisi Deus tum animum regis in sua manu habuisset, & auertisset a cæde Davidis, nulla fuisset elabendi occasio. Recte iraque tum se erexit, à morte præsentissima, agnoscit David.

2. Pedes meos à lapsu eripuisti. Hæc verba alii sic exponunt, quo d. Deus clementer præseruauerit Davidem,



ne occideret Saulem , & sic peccaret , cum ipsum secunda vice in manibus suis sic conclusum habuerit , ut manus ipsi violentas absque omni difficultate potuerit iniicere ,
vt 1. Sam. 24. & 26

Alli sic intelligunt , Dauidem hic gratum recensere id beneficium , quod Deus non tantum à Saule defenderit , sed etiam cum in manus hostium extraneorum , (Philistinorum scilicet) incidisset , clementer ipsum cripuerit , ne laberetur in laqueos & insidias illorum . Vtraq; sententia vera est , & nihil haber absurditatis . Sic enim utroque modo clementer actum à Deo cum Dauide , ut testatur historia Samuelis . Quod si nos generaliter intelligamus , de gubernatione spiritus sancti , ne incidenter Dauid in peccata , nihil erit incommodi : Vt hie sit sensus , sicut ex periculis me cripuit : ita in ipsis quoque periculis me gubernasti , ut recto pede iuxta mandata tua incederem , & nec dissidentia , nec temeritate , nec impatientia , &c. cōtra te peccarem . Ut ita enim phrasis est scripturæ , præstet in Psalmis , quæ de péribus commotis vel directis , vel custoditis , &c. loquitur . Ut Psalm. 40. v. 4. & 66. v. 9. & 73. v. 2. & 91. v. 12. & 94. v. 18. & 116. v. 8. & 119. v. 59. 101. & 121. v. 3. &c.

3. Sic me conseruasti , ut ambulare possim coram te in lumine viuentium . Potest hoc de vita temporali & æterna intelligi . 1. In hac vita me voluisti diutius manere & frui luce optata . Du hast verhütet / daß mir meine Freind das Leichh nit lengst ausgeblassen haben / vt nos loquimur . 2. Seruabis me etiam ut coram te viuam in æternum , & veniam ad lucem illam (hic incessam) vbi tu habitas , 1. Tim. 6. v. 6

Locvs . Vbi recte hæc considerauerimus , fateri necesse erit , non minora nobis à Deo beneficia contingere quotidie .

1. Primum enim quis est , quem non Deus hæc tenus clementer ex plurimis mortis periculis cripuit : cum Diabolus nobis , singulis momentis insidias struxerit , ab ins-

factio vique hoc. Ideoque ipsos eram infantes, custodia angelorum sic muniri necesse est, ne perdat ipsos Diabolus hostis infestus, Matth. 18 vers. 10. Wie oft werchin den Halsz abg. fallen / wann G O T nicht gehütet hetz Maius porro hoc est beneficium, quod Deus ab æterna morte eripit credentes, ne veniant in manus non Achis, non Saulis sed hostis nequioris & crudelissimi, Satans scilicet. Idque per sanguinē & mortem filii sui Deus præstut, Oœ. 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 55. Rom. 5. v. 20.

2. Nunquid non pedes tuos haeretis, direxit in viam pacis, Luc. 1. v. 79 & statuit pedes super petram, Psal. 4. v. 3. utq; per angelos defendit, ne pedem offenderes, Psal. 91. v. 12. & pedes extraxit è laqueo, (Psal. 25. v. 5.) Diaboli & hominum: & pedem tuum ambulare fecit in directo Psal. 26. v. 12. ne sceleratus fieres, &c.

3. Quis est, qui de hac luce frui fecit? Cum primum ex vero matris extraxit, Psal. 71. v. 6. Quis lucem illam verbi diuini tibi accendit, ne ambulares in tenebris? De qua Psal. 119. v. 105. 2. Pet. 1. v. 19. Illuminavit omnes, Io. han. 1. v. 9. Psal. 1. 46. v. 8. Quis in tenebris illis, Psal. 23. v. 4. tibi lumen erit; Psal. 27. v. 1. Dominus illuminatio mea, Psalm. 18. v. 29. Et is quoque te ambulare faciet in lumine viuentium, 1. Tim. 6. v. 16. 1. Ioan. 1. v. 7.

Maiora sunt hac beneficia, quam quæ animus huma-
nus possit capere, nedum effari.

C O N S O L A T I O autem hac sit piorum maxima, quod in morte lumen erit Dominus, & à morte æterna eripiet. Vide Psalm. 36. v. 10. & 89. v. 16. & 116. v. 8. Expli-
ca hac latius. At quando tu de his cogitasti, &c.

A D M O N I T I O quoq; hic necessaria eslet, vt quoti-
die pro his Dei beneficiis preces fundamus: vt eripiat &
defendat à morte æterna, Psal. 116. v. 4. Psal. 22. v. 20. 21.
Vt pedes à lapsu præseruet & dirigat, Psal. 66. v. 9. & 121.
v. 3. Ut lumen sit nobis, in vita, Psal. 19. v. 9. in morte, Ps.
13. v. 4. & in æternum, Psal. 36. v. 10. Et cetera.

II. Pars

I I. Pars.

Itaque cum Davide hic sic dicendum: In me vota tua:
Gratias tibi agam. Laudes retribuam, &c. Locus est de
gratitudine, de qua saepius. Et huc refer etiam nonnulla
ex fine Dispositionis proxime praecedentis.

F I N I S.

THEMA LV.

Psalm. 68. v. 20. & 21.

*Deus impónit nobis onus, sed adiuuat nos iterum.**Deus nobis Deus est ad saluandum, & Domini Dei sunt
exitus mortis.*

D I S P O S I T I O.

Multum in his verbis (assentiente ipso Augustino) gra-
tia Domini commendatur, quod scilicet is subinde iu-
uat & saluat. Et quis saluus, ait Augustinus, nisi ipse sanar-
et? Cum autem duo sint, quae maliros mortales affligunt
grauiissime, scilicet variae calamitates in tota vita, & tan-
dem etiam amara mors, adeoque diuina nobis gratia o-
pus sit in vita & morte, de his egregie & distincte loqui-
tur Psaltes 1. quod in omni vita, onus humeris impositum
subleuet Dominus. 2. Quod dominus etiam à morte li-
beret. Hæc duo iam breuiter tractabimus.

I. Pars.

1. De onere nobis imposito loquitur primum Psaltes.
Per onus quid intelligatur Paulus explicat, 2. Cor. 5. v. 4.
Dum in hoc corpore sumus, grauati sumus. Omnes intel-
liguntur calamitates, ut sunt morbi, paupertas, pericula,
contemptus, &c. Sic de se Paulus 2. Cor. 11. v. 8. supra mo-
dum grauati eramus. Sicut enim onus grauat corpus? ita
hæc calamitates animum & corpus simul.

Sicut Israëlitæ ingemiscabant sub onere, Exod. 2. Ita
hic fit.

M

2. Cui